

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Nac.
2.

4
d.
REPETITIO

BREVIS ET SIMPLEX
ORTHODOXÆ CONFSSIONIS
ECCLESIARVM, QUÆ SVNT
SVB DITIONE DVCIS ELE-
CTORIS SAXONIÆ &c.

DE SACROSANCTA
COENA DOMINI NOSTRI IESV
Christi, Deq; horum temporum controuersis arti-
culis, Videlicet DE PERSONA ET IN-
CARNATIONE CHRISTI, ET DE
EIVS MAIESTATE, ASCENSIO-
NE ET SESSIONE AD
DEXTRAM DEI.

In Synodo Dresdensi, die 10. Octobris
Anno 1571.

Conscripta & comprobata

Vnanimi consensu Academiarum Lipsensis & VViteber-
gensis: & Trium Consistoriorum: Deniq; & Superin-
tendentium vniuersorum & singulorum, qui
docent in harum regionum Ecclesijs.

Conuersa ex Germanico in Latinum Sermonem.

VVITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES LVFFT,
ANNO M. D. LXXII.

REPERIUNTUR

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS





Vemadmodum Filius
Dei Dominus noster
Iesus Christus pro discipulis
suis ardentè hæc
vota facit ad æternum Patrem, ante
postremum agonem suum, post
institutam Sacrosanctam Coenam
suam: Sanctifica eos in veritate
tua; Sermo tuus est veritas: Sancte
Pater, conserua eos in nomine tuo,
quos tu mihi dedisti, vt vnum sint,
sicut & nos vnum sumus; Ita omnes
homines, inprimis verò Doctores
Ecclesiarum, veritatem diuinam
& pacem piam seriò quærere debent,
simulq; ardenti motu pectoris
assiduè precari, vt DEVS
æternus Pater Domini ac Saluatoris
nostri Iesu Christi, propter
intercessionem dilecti Filij sui, hæc
duo summa bona, puritatem incorruptam

A ij corrup

corruptam doctrinae Euangelij, &
piam animorum consensionem,
Ecclesiae suae largiatur, & aduersus
Diabolum mendacem & homicidam
perpetuò tueatur ac conseruet.

Agnoscinus autem grata mente
eximium & singulare hoc DEI
beneficium esse, quòd, cum praedictum
sit maiores confusiones & scandala
tetriora futura esse sub finem
Mundi: in harum tamen regionum
Ecclesijs ac Scholis, vtrumque
bonum, vera ac incorrupta doctrina
religionis Christianae, & consensus
atque concordia dulcis inter docentes,
immensa Dei bonitate fulsit ac
floruit haecenus.

Cum verò propter certamina
plena periculorum, & mota, & in
harum

harum regionum Ecclesias inuecta
ab alijs, necessitas allata fuerit no-
stris, de summis articulis, Videlicet
DE PERSONA ET INCARNATIO-
NE CHRISTI, DEQUE EIVSDEM
MAIESTATE, ASCENSIONE ET
SESSIONE AD DEXTRAM DEI,
edendi explicationes iustas & inte-
gras:

Deinde cum & Catechesis La-
tina pro Scholis puerilibus à Col-
legio facultatis Theologicae in
Academia VVitebergensi, bono
ac utili consilio scripta & in publi-
cum edita sit; quæ à multis in suspi-
cionem trahitur, quasi de Ascen-
sione, deq; Sacrosancta Coena Do-
mini, alienum aliquid à recepto &
approbato in his Ecclesijs consensu
traditum sit; de quo tamen DEI
beneficio, res ipsa aliud docet; neq;
quòd noui aut peregrini quid-
A in quam

quam in ea contineatur, verè ac sine
calumnijs affirmari potest:

Ideo ex mandato Illustrissimi
Principis, Ducis Electoris Saxo-
niæ &c. Domini nostri clementis-
simi, ad Synodum conuocati, bre-
uiter ac simpliciter repetendam
esse iudicauimus, summam Con-
fessionis nostrarum Ecclesiarum,
de articulis controuersis, vnà cum
doctrina vera & explicata de Cœ-
na Domini, vt hoc etiam modo si-
nistrae aliorum suspiciones & ca-
lumniæ auertantur.

Sic autem repetitionem hanc
instituiamus, vt easdem formas ver-
borum ac sententiarum vsurpe-
mus, quas in ijs scriptis, quæ nor-
mam doctrinæ harum Ecclesia-
rum

rum complectuntur, antea traditas
esse meminimus.

Hoc enim testatum esse ad
omnes volumus, doctrinae for-
mam apud nos vnam eandemque
fideliter retineri, sicut eam & acce-
pimus à dilectis Patribus ac Præ-
ceptoribus nostris (per quos DE-
VS lucem Euangelij primum in
his regionibus accendit) & nos ipsi
hactenus eodem semper modo do-
cuimus ac professi sumus:

De quo & ad testimonium
nostrorum auditorum prouoca-
mus: & deinceps eandem doctri-
nae formam, DEO adiuuante,
constanter retenturi ac conserua-
turi sumus.

A iiij DE

DE PERSONA ET INCARNATIONE

Christi Articulus

Primus.

PRincipio igitur, quod ad repetitionem articuli summi de Persona Domini nostri Iesu Christi, deq̄ vnione duarum naturarum personali attinet: profitemur hanc esse summam Orthodoxæ Confessionis nostræ, congruentis cum scriptis Prophetarum & Apostolorum, & cum perpetuo consensu eorum, qui omnibus temporibus in Ecclesia docuerunt: nimirum, Quòd Dominus noster Iesus Christus sit secunda diuinitatis persona: Videlicet æternus DEI Filius, ex substantia Patris ab æterno genitus, substantialis & integra

tegra imago æterni Patris , per quem omnia facta sunt , quæ facta sunt: qui post lapsum Adæ, ad reparationem generis humani , edita promissione hominem se futurum pollicitus, ac tandem in plenitudine temporum in vtero castissimæ virginis Mariæ per Spiritum sanctum conceptus, & verus atq; perfectus homo factus est, assumpta tota natura hominis, corpore & anima, non modò inseparabiliter, sed etiam personali vnione. Non enim in massa naturæ assumptæ habitat tantum, vt in Electis habitat diuinitas, accendens in eis vitam ac læticiam: Sed talis ordo est naturæ assumptæ, vt in vnitate personæ sustentetur ac gestetur à λόγῳ assumante ita, vt non esset, nisi sic assumpta esset. Sic enim vetus

A v Ecclesia

Ecclesia vtcunqꝫ declarauit vnio-
nem personalem seu hypostati-
cam, qua fit vt vnum sit ὑφιστάμενον
λόγῳ assumens, & natura assump-
ta, perinde vt anima & corpus in
homine vnum sunt ὑφιστάμενον seu
vna persona.

Sunt autē in hac personali vnio-
ne & naturæ ipsæ, & earū proprie-
tates & voluntates, & actiones di-
stinctæ: Non enim diuinitas τῷ λόγῳ
cū assumpta humanitate, neqꝫ hu-
manitas cum assumente diuinitate
cōfusa est, neqꝫ ambæ naturæ inter
se commixtæ aut transmutatæ
sunt: sed quod Filius DEI erat ab
æterno, videlicet verus atqꝫ æter-
nus DEVS, essentiæ, sapientiæ, po-
tentia inmensæ atqꝫ infinitæ, id
permansit: Quod verò non erat,
videlicet homo verus, id assumpsit:
secun-

secundum naturam diuinā æqua-
lis per omnia Patri: secundum hu-
manam naturā per omnia æqualis
hominibus, excepto peccato.

Cœpit autem hæc duarum
naturarum personalis vnio, statim
in conceptione: Quia simul & con-
cepta & assumpta est humana na-
tura in vtero Mariæ Virginis, &
à primo momento conceptionis,
ante & post natiuitatem, vtramq;
naturam distinctè atq; insepara-
biliter vnitam in persona sua reti-
nuit Filius DEI, & retinebit
vtramq; eodem modo in omnem
æternitatem: Quia quod semel as-
sumpsit id nunquam deposuit
neq; deponet.

Quemadmodum verò natu-
ræ ipsæ sine permixtione aut trans-
mutatione, inseparabiliter & in-
con-

confusè vnitæ sunt : Sic quælibet
natura in vnione ista, Essentiales ac
veras proprietates suas in sese per
petuò retinet : Diuina quidem
æternitatem suam, immensitatem
essentiæ suæ, infinitatem sapientiæ
& potentiæ suæ, inuisibilitatem
suam & incomprehensibilitatem
&c: Humana verò natura omnes
eas proprietates Essentiales in se re
tinet, quæ in homine sunt ac ma
nent sine peccato.

Etsi autem actiones, quemad
modum & proprietates, in vna ea
demq; persona Christi, post fa
ctam vnionem, nec possunt nec de
bent diuelli aut separari : tamen
confundendæ inter se non sunt:
cum natura diuina suas habeat
actiones cum Patre & Spiritu san
cto,

cto, verè diuinas & immensas: hu-
mana verò natura agat & patia-
tur, quæ humanæ naturæ conue-
niunt. Ideoq; rectè dicitur, quòd
passio & mors Christi ad huma-
nam naturam referenda sit, non ad
diuinam, quæ nec mori nec pati
potest: & tamen verum est, quòd
diuina non deseruerit naturam
humanam, quam semel assumpsit,
ne quidem in morte: sed quòd in-
separabiliter eam sustentauerit, &
tertia die ex morte ereptam, ad vi-
tam æternam resuscitauerit.

Rectè autem & hoc dicitur:
quòd in opere Redemptionis & in
multis visibilibus miraculis Do-
mini nostri Iesu Christi, vbi vnum
est ἀποτέλεσμα, altera natura agat
cum communionem alterius, scilicet
vnaquaq;

vnaquaq; natura agente seu ope-
rante quod suum est.

Nec diuellit hæc naturarum,
proprietas & actionum distin-
ctio, vnitatem personæ, quemad-
modum & vnio duarum inæqua-
lium & dissimilium naturarum,
seu personæ vnitas, non confundit
inter se naturarum, proprietas
& actionum discrimina.

Quanquam verò humana
Christi natura post resuscitatio-
nem & ascensionem ad cœlos glo-
rificata, infirmitates omnes, quibus
antea fuit obnoxia, depofuit, ac
donis insuper excellentissimis, quæ
captum omnium Angelorum &
hominum superant, ornata est: Ta-
men non desijt esse humana natu-
ra,

ra, & proprietates suas Essentiales
retinuit, neq; in sese aut Deificata
est, aut naturæ diuinæ, secundum
æternitatem, aut immensitatem
Essentiæ aut proprietatum seu
Idiomatum diuinorum, æqualis
facta est: sed verè adhuc est & ma-
net caro de nostra carne, & os ex
ossibus nostris.

Retinet enim Filius Dei in
omni æternitate, massam humanæ
naturæ nostræ sibi vnitam, vt sit
certum ac perpetuum pignus &
testimonium sui immensi atq; in-
effabilis amoris erga genus huma-
num, vnde credentes in hac vita
firmam consolationem in omni-
bus ærumnis ac miserijs, & electi
in tota æternitate læticiam veram
atq; inexhaustam percipiant.

Quia

Quia verò ad declarandum ac
muniendum hoc Myſterium Hy-
poſtaticæ vnionis duarum natura-
rum in Chriſto, vetus Eccleſia Or-
thodoxa, magna cura & fide reli-
gioſa, ſcripturæ dictis, quæ de
Chriſto loquuntur, conſideratis,
vtiliſſimam ac maximè neceſſa-
riam doctrinam de communica-
tione Idiomatum conſtituit, & ad-
uerſus Hæreticos omnium tempo-
rum ſeriò ac conſtanter defenſam
ac propugnataſ ad poſteros pro-
pagauit: Proſitemur, nos quoq; fi-
deliter eam amplecti, ad eum ip-
ſum modum, quo ab Orthodoxis
ſcriptoribus tradita eſt.

Non igitur in vllius gratiam
abiicere poſſumus diſcrimen vnio-
nis Hypoſtaticæ, & communica-
tionis

tionis Idiomatum : & Regulas
istas, quæ fundamentum doctrinæ
de communicatione monstrant,
firmiter retinemus : Quòd in scri-
pturæ dictis discernendæ sint ap-
pellationes , quæ significant pro-
prietates naturarum , & appella-
tiones officij : Et quòd aliud sit lo-
qui de proprietatibus & actioni-
bus naturarum in Christo : Aliud
verò de toto opere redemptionis
& saluationis humani generis , ad
quod vnaquæq; natura confert
quod suum est , sine effusione reali
seu Physica proprietatum & actio-
num naturæ diuinæ in naturam
humanam. Item , Quòd necesse sit
in scriptura discernere dicta de sta-
tu humiliationis Christi & exalta-
tionis , ad quam intrauit per pas-
sionem & resurrectionem suam :

B

De

De quibus omnibus alibi declarationes integræ propositæ sunt, ad quas nunc etiam nos referimus, cum non patiatur instituti huius scripti ratio, commemorationem aut repetitionem prolixiores.

DE MAIESTATE CHRISTI.

Secundò, de Maiestate Domini nostri Iesu Christi profiteamur nos indubitata fide credere, quòd secundum diuinitatem suam Patri per omnia æqualis sit, eiusdem cum eo Essentiæ, earundem proprietatum Essentialium, eiusdem Maiestatis & gloriæ; Humanitatem verò ipsius fatemur creaturam esse, quæ in se nec Essentia, nec proprietatibus, nec actionibus,
nec

nec Maiestate, DEO æqualis facta sit.

Quanquam verò proprietates suas Essentiales perpetuò retinet humana natura Christi: Tamen ante & post glorificationem longè superat dignitatem, dona & excellentiam, omnium creaturarum rationalium. Nam quod æternus ac Vnigenitus DEI Filius hanc massam naturæ assumptæ, sibi propriam fecit, eamq; vnione Hypostatica seu personali, inseparabiliter ac inconfusè sibi copulauit, id nulli sanctorum Angelorum aut hominum contigit, neq; hanc dignitatem, quisquam Angelorum aut hominum Sanctorum consequetur in tota æternitate.

B ij Propter

Propter hanc enim vnionem
Hypostaticam de solo hoc homi-
ne seu filio Mariæ rectè dicitur,
Quòd homo Christus sit æternus
& omnipotens DEI Filius, quod
denullo alio Angelorum aut ho-
minum dici potest. Propter hanc
etiam vnionem hæc persona, quæ
est **FILIVS DEI, & FILIVS
MARIÆ**, ab omnibus creatu-
ris rationalibus, Angelis & homi-
nibus, adoratur & inuocatur, vna
eademq; adoratione & inuocatio-
ne.

Præterea cum **FILIVS DEI**
totum opus redemptionis generis
humani, in hac massa naturæ as-
sumptæ perfecit, sociam eam seu
κοινωνόν reddidit omnium victoria-
rum suarum aduersus regnum
peccati & mortis. Quam enim in
humana

humana natura passionem & mortē sustinuit Christus, ea sola est sacrificium propitiatorium, & λύτρον sufficiens pro peccatis totius Mundi. Ideoq; hæc sola Christi caro viuifica est, qua Mundo vita restituitur.

Accedit huc, quòd in hac ipsa natura Christus à morte suscitatus, in eaq; ad dextram Patris collocatus, & ad regnum & sacerdotium perpetuum exaltatus est, factus caput Ecclesiæ suæ, perficiens omnia in omnibus.

Præter hos gradus Maiestatis, pertinentes ad excellentiam Personæ & officij Christi, etiam ipsa humana natura secundum sese, prærogatiuas eximias & singulares
B iij habet.

habet, non communes cum cæte-
ris hominibus. Nam omnes reli-
qui homines ab Adam & Eua na-
turali modo propagati, nascuntur
ex commixtione viri ac mulieris:
Et vt nascentes secum peccatum
afferunt: sic quoad in hac vita sunt
superstitēs, circumferunt naturam
obnoxiam peccato. At homo
CHRISTVS non modò ex
Virgine natus est sine virili semi-
ne conceptus per Spiritum san-
ctum: Sed etiam solus Sanctus, &
sine peccato est, inde vsq; ab initio
conceptionis & natiuitatis suæ.

Ornata est etiam natura hu-
mana Christi, plenitudine omni-
um donorum Spiritus sancti, sine
mensura: At cæteri homines san-
cti, gratias habent diuisas, & cer-
tos

tos donorum Spiritus sancti gra-
dus. Et quanquam homines res-
suscitati ornabuntur ingenti glo-
ria: Tamen humanæ naturæ Chris-
sti in glorificatione, postquam res-
suscitata & in cœlos euecta est, ac-
cessit excellens, incomprehensibi-
lis & ineffabilis gloria, immortalis-
tas, lux, sapientia, iusticia, potens-
tia, læticia, longè superans om-
nium Angelorum & beatorum
dona.

Verùm hæc dona pertinentia
ad Maiestatem humanæ naturæ
Christi, quibus in sese seu secun-
dum sese ornata est, necessario
discernenda sunt ab Idiomaticis na-
turæ diuinæ, quæ sunt æterna, in-
finita, Essentialia.

Hoc enim discrimen nisi serue-
tur, neq; diuinitas Christi, quæ

B iij æterna

æterna & infinita est, ab humanitate discerni, neq; Essentia & proprietates Creaturarum & Creatoris distingui rectè possunt.

Sed de hac etiam doctrinæ parte referimus nos ad vberiores explicationes, quæ alibi plenius sunt expositæ.

*DE ASCENSIONE ET SESSIONE
AD DEXTRAM DEI.*

Tertiò, De articulis duobus, quorum alter Ascensionem Christi ad cœlos, alter Sessionem eius ad dextram DEI describit, profitemur nos hanc scripture sacre & vniuersæ Ecclesie Orthodoxe sententiam amplecti: Quòd videlicet

videlicet non sint inter sese miscen-
di articuli: Quia aliud est, quòd
Christus in coelum iam olim as-
cendit: aliud verò quòd nunc ad
dextram DEI perpetuò sedet.

Porro ipsam Christi Ascen-
sionem intelligimus vt sonat lite-
ra, seu vt historia ab Euangelistis
descripta est. Non enim phantas-
ma aut spectaculum inane fuit
ascensio: sed Dominus noster Iesus
Christus vero suo corpore de terra
sublatus, visibiles istos coelos pe-
netrauit, & intra coelum receptus,
etiam in gloria retinet Essentiam,
proprietas, formam ac Symme-
triam veri corporis sui, ac tandem
cum magna gloria in extremo die
visibiliter inde redibit, ac nostra
etiam corpora humilia post resus-

B v citatio

citationem mortuorum vniuersalem transformabit, vt sint conformia glorioso suo corpori, nosq; ad sese eò adducet, vbi semper cum eo erimus.

Quòd autem scriptura dicit: Christum sedere aut stare, aut esse ad dextram Dei: Eo monstrari intelligimus discrimen inter Christum euectum ad coelos, & Eliam ac cæteros beatos homines & Angelos, qui & ipsi in coelo sunt. Ac referendam hanc Sessionem iudicamus præcipuè ad doctrinam de Exaltatione Christi ad regnum & Sacerdotium, secundũ vtramq; naturam: sic tamen, vt non tollatur discrimen naturarum. Non enim Angeli, non homines beati, sed solus Christus sic in coelo est,

est, vt perpetuò in arcanum consi-
lium Patris, atq; adeo in Sancta
Sanctorum ingrediatur, videat &
intelligat voluntatem Patris, colli-
gat sibi ex genere humano Eccle-
siam, seruet Ministerium, interce-
dat pro nobis, obumbret ac tegat
nos, suæ passionis, mortis, effusio-
nis sanguinis & totius obedi-
tiæ merito, remittat peccata, ef-
fundat Spiritum sanctum, resti-
tuat iusticiam, vitam ac læticiam
acquiescentem in DEO, eamq;
seruet contra portas inferorum,
& contra Tyrannorum ac Hære-
ticorum potentiam & furores: de-
niq; & mortuos tandem resuscit-
tet, & electis vitam atq; læticiam
æternam communicet, postea-
quam eos in coelum ad sese trans-
tulerit.

Hæc

Hæc opera, quæ ad officium
Regis & summi Sacerdotis, & ca-
pitis Ecclesiæ, congruunt, tribui-
mus toti Personæ Christi, quæ
DEVS & HOMO est: Quia vt
in statu humiliationis, Filius Dei
in massa naturæ assumptæ perfe-
cit opus redemptionis generis hu-
mani: Sic etiamnum efficit opera
officij sui in natura humana, quam
nunquam deponit: Quin & hu-
ius naturæ ministerio multa effi-
cit, quæ ad officium Regis & Sa-
cerdotis pertinent, quemadmo-
dum & in natura humana in ex-
tremo die visibiliter se conspicien-
dum præbebit, ac iudicium in vi-
uos & mortuos illius ministerio
exercebit.

Sed hæc quoq; cum alibi co-
piosius commemorata sint, pro-
lixiozem

lixiozem hoc loco repetitionem
non desiderant.

**DE SACROSAN-
CTA COENA
DOMINI.**

Quartò : Quod ad articulum
de Cœna Domini attinet,
profitemur nos certa fide tenere:
Quòd præsentia veri corporis ac
sanguinis CHRISTI in Cœna,
(quam D. Lutherus & Ecclesiæ
harum regionum aduersus pon-
tificiam . . . transubstantiationem :
Itemq; aduersus localem inclusio-
nem in pane : Et contra errorem
Sacramentarium de signis seu
Symbolis nudis ac vacuis , rectè
Sacramentalem vnionem nomi-
nant) nequaquam aliij vlli funda-
mento

imento innitatur, quàm veris, firmis atq; immotis verbis institutionis Domini nostri Iesu Christi, quæ quidem & ab Euangelistis diligenti cura & consensu vnanimi descripta, & ab Apostolo Paulo accuratè repetita & declarata sunt.

Retinemus autem hanc simplicissimam, rectissimam, ac minime fallentem verborum istorum sententiam, quòd Dominus noster Iesus Christus in huius sacrosanctæ Coenæ suæ actione à se instituta, verè ac substantialiter adsit, sic quidem vt verum suum Corpus pro nobis in ligno Crucis traditum, & verum suum sanguinem pro nobis effusum, cum Pane & Vino in hoc Sacramento nobis distribuat, ac testetur se recipere
nos

nos in gratiam, & membra sui corporis facere, & nos abluere sanguine suo, & remittere peccata, & verè in nobis habitare & efficacem esse velle.

Vt autem disputationes multorum inutiles, periculofas, ac scandalis plenas, præcidamus ac prætereamus, retinemus religiosa fide formas illas de hoc Myfterio loquendi, quas secundum verba Christi & declarationem Pauli Apostoli scimus in paruo Catechismo Lutheri, & in Corpore Doctrinæ nostrarum Ecclesiarum, in primisq; in Confessione Augustana & Apologia, & in repetitione Confessionis Saxonicarum Ecclesiarum, & in Locis Theologicis, & in Examine Ordinandorum, Deniq;

Deniq; & in refutatione articulo-
rum Bauaricorum, dextrè, perspi-
cuè ac rectè traditas esse: Cum qui-
bus planè congruunt etiam illæ
verborum formæ, quæ in harum
Ecclesiarum & Megapolensium
Agenda, scripta à Domino Phi-
lippo Anno 1552. extant, quæq;
in Comitibus & Colloquijs cum ad-
uersarijs habitis, semper vno eo-
demq; modo, vsurpatæ ac repeti-
tæ sunt.

Hoc enim formæ illæ omnes
testantur: Sacramentum Coenæ
Domini, esse verum Corpus &
sanguinem Domini nostri Iesu
Christi, sub Pane & Vino nobis
Christianis ad manducandum ac
bibendum à Christo ipso tradi-
tum: Vel quod secundum Pauli
Apostoli

Apostoli declarationem eadem
sententia dicitur : Sacramentum
Coenæ esse communicationem
corporis & sanguinis Christi, iux-
ta ipsius institutionem, in qua Do-
minus noster Iesus Christus nobis
cum externis ac visibilibus Sym-
bolis Pane ac Vino, verè præsens
distribuit verum corpus & sangui-
nem suum, ac confirmat nos de
promissione Gratia, vt certi simus
verè nobis remitti peccata propter
passionem & mortem ipsius, &
velle ipsum in nobis habitare &
efficacem esse.

Ad eundem modum & vetus
Ecclesia locuta est, & sic sonant vni-
uersitatis cantilenæ verba, quæ pijs om-
nibus nota sunt: Quòd Christus
cibum nobis præbeat, pascens nos
carne & sanguine suo &c.

C

Nec

Nec nunc primùm, sed ante nos
in Comitijis & Colloquijs publicis,
sequentia testimonia veterum scri-
ptorum graui consilio vsurpata
sunt, vt cum Irenæus dicit: Quan-
do Panis terrenus per Verbum
DEI ordinationem accipit, non
communis panis est, sed Euchari-
stia, quæ duabus rebus constat,
Terrena & cœlesti.

Hilarius inquit: Domini pro-
fessione & fide nostra, verè caro est
& sanguis: & hæc accepta & hau-
sta, faciunt vt Christus in nobis &
nos in Christo simus.

Chrysostronus ait: Singulis fi-
delibus Christus per hoc Myste-
rium se coniungit, & admiranda
Mysteria nobis data sunt, vt si-
mus membra ex carne, & os ex
ossibus eius,

Non

Non dissimile dictum in Apo-
logia & Locis Theologicis ex Cy-
rillo citatur: Vnde consideran-
dum est, Christum non solum per
dilectionem in nobis esse, sed eti-
am naturali participatione, id est,
adesse non solum efficacia, sed
etiam substantia.

Sunt & in Colloquio Ratis-
ponensi, Gelasij & Synodi Nicenę
dicta citata. Gelasius inquit: Certę
Sacramenta quę sumimus Cor-
poris & sanguinis Christi, diuina
res sunt: Propter quod & per ea-
dem diuinę efficimur consortes
naturę: & tamen non desinit esse
substantia vel natura Panis & Vi-
ni.

Verba Nicenę Synodi sunt:
Non attendamus ad panem & po-
culum in diuina mensa propositū:

C ij sed

sed attollentes mentem fide, cogi-
temus iacere in ea mensa, agnum
Dei tollentem peccata Mundi.

Hæc & similia dicta, existima-
mus etiam ante hæc nostra tempo-
ra, pio & graui iudicio à Doctori-
bus nostrarum Ecclesiarum in scri-
ptis publicis recitata esse, quoties
hæc pars Doctrinæ, de vera præ-
sentia corporis & sanguinis Chris-
ti in Cœna, exponenda fuit. Dam-
nant enim vtrumq; errorem: Re-
futant Idolum Pontificium de præ-
sentia ex opere operato, in trans-
substantiatione Idolatrica, quam
singunt esse transmutationem Pa-
nis & Vini: & in adoratione, repo-
sitione, circumgestatione Panis
consecrati, & alijs horrendis &
abominandis abusibus. Reijciunt
& er/

& errorem Sacramentariorum,
qui negant, Christum sic in hac
Coena adesse substantialiter, ut
nobis praesens suum corpus & san-
guinem distribuat: Ideoq; nihil re-
linquunt in Coena praeter panem
& vinum: & Sacramenta irreligi-
ose tantum pro externis Sym-
bolis habent, quae tantum sint signa
professionis, quibus discernantur
Christiani ab alijs hominibus.

His erroribus semper haecenus
contradixerunt Ecclesiae nostrae.
Suntq; regulae duae sequentes ad
hunc usum traditae, ut & vera sen-
tentia de Sacramento Coenae il-
lustretur, & errores euidenter ac
perspicue refutentur.

Prior regula est: Nihil habet
rationem Sacramenti extra usum

C iij institu-

institutum: Quia manifestum est,
nullam creaturam habere potesta-
tem seu auctoritatem instituendi
aut mutandi Sacramentum. Hæc
Regula euertit totum Chaos im-
piarum disputationum de conuer-
sione, transubstantiatione, locali
inclusionem: Item de circumgesta-
tione, adoratione, oblatione panis
consecrati, & alijs horrendis pro-
fanationibus & Idolis Pontificijs.

Altera regula est: Verissimè
ac certissimè adest Filius Dei in
ministerio Verbi & Sacramen-
torum, & in Ecclesia efficax est
ipse per Verbum & Sacramenta.
Ac nequaquam habenda sunt Sa-
cramenta, pro nudis ac vacuis si-
gnis: nec communicatio seu parti-
cipatio corporis & sanguinis Chri-
sti

sti ex Sacrosancta Cœna tollenda
est. Nam hoc Sacramentum non
est memoria hominis mortui, vt
sunt spectacula Ethnica de Iulio
Cæsare aut alijs viris heroicis,
qui cum mortui sint, nihil habent
nobiscum negocij: Sed Filius Dei
Dominus noster Iesus Christus,
qui verè nunc viuit, reuera adest in
actione huius Sacramenti à se in-
stituta: Et quidem sic adest verè &
substantialiter, vt in hac mandu-
catione cum Pane & Vino det
nobis corpus & sanguinem suum,
& seipsum ac promissionem Eu-
angelij nobis applicet, & faciat
nos membra sui corporis, atq; ita
vitam ac læticiam in nobis effi-
ciat. Nam hæc efficacia rectè tri-
buitur huic personæ, quæ huma-
nam naturam assumpsit, & in ea

C iij nunc

nunc est efficax, & propter eam in nobis quoque efficax est, communicans nobis vitam & salutem æternam.

Has necessarias regulas iudicamus veras esse & congruentes cum institutione Sacrosanctæ Cœnæ Christi. Ideoque ipsæ rectè utimur, non modò ad refutationem errorum Pontificiorum & Sacramentariorum; Sed etiam ad veram ac firmam consolationem, de perpetua præsentia & efficacia Christi in credentibus, quæ certè non est ociosa aut momentanea. Abhorremus autem à peregrinis & ab institutione huius Cœnæ planè alienis certaminibus, quæ D. Lutherus ipse vitanda & præcidenda esse monuit. Nam de ubi-quitate, inquit, non est disputandum in hac

contro

Tom. 12.
Germa.
VVite-
berg. fol.
205.

controuersia. Et alibi scribit: De Sacramento corporis & sanguinis Christi, nunquam docuimus, neque adhuc docemus, quod Christus de caelo vel à dextera Dei descendat aut ascendat, nec visibiliter nec inuisibiliter: retinemus firmiter articulum fidei, Ascendit ad caelos, sedet ad dextram Dei, inde venturus &c. & diuinæ omnipotentiae commendamus, quomodo corpus ipsius & sanguis in Coena nobis dentur, quoties ex mandato ipsius conuenimus, & institutionem ipsius seruamus. Non cogitamus de villo ascensu & descensu, qui ibi fiat, sed simpliciter retinemus verba eius: Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus &c. Hæc Lutherus.

Vt autē hac explicatione, quam
C v hæc

hactenus repetiuimus, conscientijs
rectissimè consuli iudicamus, ne
implicentur profanis disputationi-
bus: Sic de vero & salutari vsu hu-
ius Sacramenti hanc retinemus
doctrinam certam & explicatam:
Quòd manducatio Sacrosanctæ
Coenæ profit ad confirmationem
fidei in Conuersis & credentibus,
de quibus Christus inquit: Hoc fa-
cite ad mei recordationem: Con-
trà verò, quòd non sit salutaris hæc
manducatio, cum corda non con-
uertuntur ad Deum, nec vera fide
amplectuntur Christum.

Ideoq; reijcimus ac damnamus
perniciosum errorem, quo multi
fascinati sunt, cum imaginantur
per hoc Sacramentum accipi Re-
missionem peccatorum & vitam
æternam,

æternam, tantum ex opere operato, etiam sine bono motu utentis, hoc est, si accurrant tantum ad Sacramentum, etiam si corda sint sine conuersione ad DEVM & sine fide.

Huic errori opponimus grauiſſimam Pauli Apostoli & commonefactionem & comminationem, quæ quidem & summam doctrinæ de indignorum manducatione complectitur: Probet vnusquisq; seipsum, & sic de pane illo edat & de calice bibat: Quicumq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, propterea quòd nõ dijudicat corpus

corpus Domini, hoc est, vt Lutherus eum locum est interpretatus, Quia corpus Christi tractat & eo utitur, ac si nō pluris faceret quàm alium cibum.

Idem Lutherus in paruo Catechismo hanc etiam quæstionem disertè ponit.

**QVIS ACCIPIT
HOC SACRAMEN-
TVM DIGNE?**

IEiunare & corpus suum præparare est quidem bona & externa disciplina: Sed ille est verè dignus & rectè paratus, qui fidem habet in hæc verba: PRO VOBIS TRADITVR ET EFFVNDITVR IN REMISSIONEM PECCATORVM: Qui autem his verbis non credit aut dubitat, ille est indignus & imparatus:

ratus: Quia hoc verbum, PRO
VOBIS, requirit omnino corda
credentia.

Cum igitur per prædicationem
Euangelij vera conuersio ad
DEVM, & vera fides in Chri-
stum in cordibus accensa est, talibus
Sacramenti huius vsus certis-
simum Sigillum ac pignus est, quo
singulis applicantur & propria fi-
unt omnia beneficia Christi: qui
quidem hac actione testificatur,
quòd remittat ipsis peccata, quòd
abluat eos sanguine suo, quòd
membra corporis sui efficiat, quòd
in eis habitare & efficax esse velit,
& quòd hæredes vitæ æternæ effi-
ciat, cum non modò pro eis mor-
tuus sit, sed nunc etiam viuat & re-
gnet in perpetuum.

Hunc

Hunc principalem finem sequuntur postea etiam alij fructus seu fines Coenae Domini: Vt, quòd in pio vsu Coenae ad ardentem gratiarum actionem erga Deum corda excitantur: quòd ad mutuam dilectionem erga alios eiusdem fidei socios obligamur: quòd fidem & Confessionem nostram testatam facimus coram alijs: quòd nostro exemplo inuitamus alios ad fouendam et retinendam publicam congregationem.

De quibus omnibus, quemadmodum et de horrendis profanationibus Coenae Domini in Missa Papistica, alijsq; Sacramentarium erroribus, alibi in ijs Ecclesiarum nostrarum scriptis, quorum antea mentionem fecimus, vberiores declarationes extant: Ad quas quidem

quidem rursus nos referimus, si
quid non satis plenè aut integrè in
hac breui repetitione à nobis ex-
plicatum sit.

Causas autem habemus grauissimas, maximeq; necessarias, cur in
hac simplici et Ecclesijs nostris vsi-
tata forma docendi et loquendi de
Mysterio Cœnæ Domini acquies-
camus, neq; sine delectu periculo-
sas aliorum quorumcunq; formas
sequamur, quibus tantum turbantur
conscientiæ. Hoc enim nobis
persuasum est, idq; certum atq;
exploratum omnino ducimus, sanctos
nostros Patres ac Præceptores,
(qui diuinitus excitati fuerunt,
vt in his regionibus doctrinã Eu-
angelij puriorem et verum vsum
Sacramentorum monstrarent, ac
propagarent) sine vlla dubitatione
hac

hac voluntate præditos fuisse, vt in prædictis scriptis, certam, explicatam, & sanam doctrinæ formam de hoc articulo posteritati relinquerent: Ideoq; scientes ac volentes iudicamus præcidisse illos disputationes alienas, & periculosas loquendi formas.

Ac fideliter apud nos Dei beneficio retinetur, & magna cura, diligentia & fide, iuuentuti inculcatur paruus Catechismus Lutheri: quemadmodum & Examina Ordinandorum in omnibus articulis religionis Christianæ instituntur ad normam Examinis, quod Germanicè & Latinè in Ecclesia VVitembergensi extat. Nec ab eo tempore, ex quo Caroloſtadius has terras reliquit, vnquam certamen

men vllum in Ecclesijs & Scholis
harum regionum de Sacrosancta
Coena extitit: neq; eorum quid
quam, quæ in prædictis scriptis de
hoc articulo tradita, & à nobis vno
eodemq; modo repetita & propa-
gata fuerunt, ausus est quispiam
hactenus in dubitationem vocare,
aut cœcis suspicionibus contami-
nare, aut interpretationibus sini-
stris pervertere.

Quod autem inquieti & turbu-
lenti quidam nunc primùm oppu-
gnare ista conantur, id quod in
alijs quoq; articulis inde vsq; à
temporibus belli Germanici fa-
ctum esse à talibus cum ingenti
dolore nostro experti sumus, vt
quæ antea rectè tradita, & à nemi-
ne reprehensa fuerunt, insigni cum
D petulantia

petulantia ab ipsis malè interpre-
tando atq; etiam deprauando cor-
rumperentur: In eo harum regio-
num Ecclesiæ & Scholæ, quæ ean-
dem semper doctrinæ formam res-
tinuerunt, causam habent inquietos
ac turbulentos istos iure ac me-
rito coram vniuersa Ecclesia accu-
sandi: cum res ostendat, tales neq;
veritatem neq; pacem quærere,
nec minus in hoc articulo de vera
præsentia corporis & sanguinis
Christi in Cœna, quàm in alijs ar-
ticulis multis, disputationes com-
mouere, periculorum & scandalo-
rum plenas, quibus simplex ac cer-
ta doctrinæ forma, alienis & incer-
tis humanarum opinionum com-
mentis, tetrè ac nefariè corrumpi-
tur. Quod enim præcipuum fidei
nostræ & Ecclesiæ caput est, vide-
licet

licet articulus de duabus naturis in
Christo, id commenticia Idioma
tum reali & physica in ipsis natu
ris communicatione (ex qua multi
fundamenta doctrinae de Coena
extruere conantur) deprauari hor
ribiliter, atq; econtrario haereses
iam olim damnatas Marcionita
rum, Valentinianorum, Mani
chaeorum, Samosatensium, Sa
bellianorum, Arianorum, Nesto
rianorum, Eutychnianorum &
Monotheletarum, reduci atq; re
nouari, satis euidenter alibi de
monstratum est.

Quòd autem corrumpantur ac
labefactentur etiam ea, quæ de ve
ra praesentia corporis & sanguinis
Christi in Coena nostrae Ecclesiae do
cuerunt ac professæ sunt: Id verò ex

D ij sequen

sequentibus rationibus luce meri-
diana clarius est.

Primum enim commenticia
ista communicatio Physica, quæ
nostro primum tempore cum ubi-
quitate corporis Christi introduci
cœpta est, vniuersæ Orthodoxæ
Ecclesiæ, & toti Orbi Christiano,
inde vsq; ab initio incognita fuit,
atq; etiamnum à Pontificijs ipsis
reijcitur & taxatur acerrimè. Qua-
re si huic fundamento innititur do-
ctrina de Cœna Domini, quomo-
do non vniuersi Orbis Christiani
Ecclesia ad hoc vsq; tempus, de
communicatione corporis & san-
guinis Christi in Cœna, certa do-
ctrina & consolatione caruit?

Deinde alienum est prorsus ab
institutione huius Cœnæ, in vero
illius

illius usu ponere presentiam Christi per modum ubi-quitatis, perinde ac si non aliter in Coena adsit Christus, quam sit ubiq; in lapidibus & lignis, quam constat uniuersalem presentiam nominari, qua Deus adest omnibus creaturis: cum quidem Sacramentalis unio coporis Christi cum pane (quam sic Lutherus nominavit in Formula concordiae cum Theologis superioris Germaniae, quae Anno 36. conscripta est) proprie pertineat ad peculiarem presentiam Christi, qua in toto ministerio praesens, in cordibus credentium vult esse efficax.

Tertio, certissimum est, per commenticiam communicationem Physicam, abduci animos à verissimis ac firmissimis verbis in

D iij stitutio

stitutionis Christi, quæ vnicum
fundamentum esse debent in Ec-
clesia doctrinæ de Sacrosancta
Coena. Econtrario verò deducuntur
animi ad fundamentum incerto
tum ac dubium, de quo illi ipsi, qui
commento isti applaudunt, inter
se dissidentes sunt, cum dubitent
ipsi, vtrum omnes proprietates
diuinæ, an aliquæ tantum: Et
an post, vel ante glorificationem,
Idiomata diuina humanitati Christi
realiter communicata sint.

Quartò: Non ante multos annos
Caspar Schuuenckfeldius, ficticiam
omnipræsentiam corporis Christi
eodem planè modo, vt isti nunc
faciunt, stabilire conatus est, qua
ipse quidem sic vsus est, vt
contra harum Ecclesiarum de hoc
tanto

tanto Myſterio doctrinam, fanati-
cum errorem ſuum, de quadam
noua & inaudita præſentia corpo-
ris & ſanguinis Chriſti in Cœna,
probare ac confirmare inde vo-
luerit.

Quintò: Nulla poteſt eſſe vel
corruptela vel profanatio Sacra-
mentorum tetrior, quàm cum arti-
culi fidei Chriſtianæ euertuntur,
conuelluntur & labefactantur.
Nam Sacramenta Sigilla ſunt &
obſignationes fidei. Euerſis autem
ſeu labefactatis articulis fidei, quid
de Sacramentis relinquitur, quàm
putamina exempto nucleo?

Quare cum Phyſica commu-
nicatio, & commenticia illa Vbi-
quitas, horrendum in modum cor-

D iiii rumpat

rumpat omnes penè articulos fidei
de Christo, ac discrimen diuinæ &
humanæ naturæ in Christo inpris-
mis deleat atq; euertat : ne potest
quidem recta & explicata Doctrin-
a harum Ecclesiarum de vera
præsentia corporis & sanguinis
Christi in Cœna, tetrius deformari
ac contaminari, quàm cum mo-
dum præsentia isti definiunt ex
speculationibus commenticijs de
vbiquitate & Physica communi-
catione Idiomatum.

Postremò, manifesta implica-
tio contradictionis est, pugnans
cum æterna & immutabili verita-
te diuina : quòd cum Christus in
Sacra Cœna verum corpus suum
nobis distribuat, vero tamen cor-
pore humano post glorificationem
isti

isti eum exuunt. Id enim necessario sequitur, cum vbiquitatem & realem diuinarum proprietatum in humanam Christi naturam effusionem, in Ecclesiam inuehant.

Ex his & alijs multis rationibus facile intelligi ab omnibus potest, fanatica somnia, quæ sub prætextu Maiestatis Christi, contra Orthodoxam vniuersæ Ecclesiæ Confessionem, magnis clamoribus & acerbis innocentium ac fidelium Doctorum insectationibus sparguntur, non modò contumelia afficere Filium Dei, qui vt verus Deus & verus homo agnosci & inuocari vult: sed etiam totam de Cœna Domini doctrinam teterrimè contaminare, corrumpere ac profanare.

D v Quam


Quamobrem hoc totum Chaos
ingentium profanationum, quæ
corruptelas periculorum multi-
plicium plenas secum attrahunt,
nos quidem nec possumus nec de-
bemus suffragio nostro compro-
bare. Ideoq; in forma doctrinæ,
quæ nobis in Confessionibus pu-
blicis Ecclesiarum & Scholarum
in his regionibus tradita, & ad nos
quasi per manus propagata est,
planè acquiescimus. Ac vt Apосто-
li in prima Cœna, simpliciter in-
tenti fuerunt in verba institutionis
Christi, cum quidem corpus Do-
mini nondum esset glorificatum,
neq; ad dextram Dei exaltatum:
Sic nequaquam articulos distin-
ctos inter se miscemus neq; con-
fundimus: ac hortamur potius au-
ditores nostros, vt vitent curiosas
quæstiones


quæstiones de hoc Mysterio, &
formas verborum periculosas, quibus
& profanatur hæc Sacrosan-
cta actio, & perturbantur ac fau-
ciantur conscientia.


Hanc nostram Confessionem
subijcimus omnium eruditorum,
piorum, & Ecclesiae doctrinam
rectè intelligentium iudicijs, ac
constanter nos referimus, tum in
hoc, tum in cæteris omnibus parti-
bus religionis Christianae, ad in-
tegrum Corpus Doctrinae nos-
trarum Ecclesiarum, quod iudi-
camus congruere cum perpetuo
consensu scriptorum Propheti-
corum & Apostolicorum, & cum
Confessionibus vniuersae Ortho-
doxae Ecclesiae. Ac vt suspiciones
& interpretationes sinistrae præ-
cidantur:


cidantur : Non volumus hanc
Confessionem nostram aliter acci-
pi, quàm secundum normam illius
consensus, qui fuit hactenus in Ec-
clesijs & Scholis harum regionum
per Annos 40. aut 50. cuius summa
etiam in paruo Catechismo Lu-
theri comprehensa est : Et impro-
bamus secus docentes.


Oramus autem Filium Dei, Re-
gem ac summum sacerdotem no-
strum, vt nos in veritate sua sancti-
ficet, & in plurimorum pectoribus
accendat lucem veræ doctrinæ, &
miseræ atq; afflictæ Ecclesiæ in hac
effœta Mundi senectâ, pacem &
concordiam largiatur, & in his re-
gionibus perpetuò sibi semen
Sanctum colligat & ser-
uet. Amen.

















Fg 3339


ULB Halle 3
003 749 525


f

Sb.

m.c.







4 d.
REPETITIO
BREVIS ET SIMPLEX
ORTHODOXÆ CONFSSIONIS
ECCLESIARVM, QVÆ SVNT
SVB DITIONE DVCIS ELE-
CTORIS SAXONIÆ &c.

DE SACROSANCTA
COENA DOMINI NOSTRI IESV
*Christi, Deq; horum temporum controuersis arti-
culis, Videlicet* DE PERSONA ET IN-
CARNATIONE CHRISTI, ET DE
EIVS MAIESTATE, ASCENSIO-
NE ET SESSIONE AD
DEXTRAM DEI.

*In Synodo Dresdensi, die 10. Octobris
Anno 1571.*

Conscripta & comprobata

Vnanimi consensu Academiarum Lipsensis & VViteber-
gensis: & Trium Consistoriorum: Deniq; & Superin-
tendentium vniuersorum & singulorum, qui
docent in harum regionum Ecclesijs.

Conuersa ex Germanico in Latinum Sermonem.

VVITTEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES LVFFT,
ANNO M. D. LXXII.